



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Manuale Sodalitatis B. Mariae Virginis. siue Exercitium Spirituale Christianae Pietatis

Véron, François

Coloniae Agrippinae, 1505 [i. e. 1605]

2. Probatio ad hoc Sacramentum in quo sita.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46577)

PARS SECVNDA.

In quatuor rebus probatio, & præparatio ad hoc Sacramentum versatur.

Primò, in fide, vt nimirum credas sub minima visibili particula panis, post consecrationem, contineri verum, & integrum corpus Christi IESV, veri Dei, & homini; corpus inquam idem, quod de Maria natum, cruci postea affixum, & modò ad dexteram patris omnipotentis in cælis sedet gloriosum. Quia verò corpus Christi, corpus est viuum, & animatum, &

Sub singulis speciebus panis, & vini, continentur caro, sanguis, anima & diuinitas Christi Iesu.

corpus quidem Christi veri Dei; idè sub ipsa specie panis, non Caro tantum; sed & vnà per concomitantiam sanguis, & anima gloriosa, & beatissima Christi diuinitas cum maiestate sua continentur: adeò vt necesse non sit laicis sumere Sacramentum sub specie vini; quod solis conuenit Sacerdotibus; qui non tantum communicant, sed etiam sacrificant. Quapropter vinum quod communicatis laicis porrigitur, vinum est, non Christi sanguis, quod quidem ad abluendum os, & ad hostiam faciliùs deglutiendam propinatur. Et sicut sub specie panis hæc quatuor quæ diximus, caro scilicet Christi, sanguis, anima, & di-

uinitas

SODALITATES.

153

trinitas continentur; ita quoque sub specie vini, Sanguis, & per concomitantiam, caro, anima, & diuinitas concluduntur. Atque hæc est fides Ecclesiæ Catholicæ, & Apostolicæ, pro qua occumbendum est potius millies, quam vel minimum de ea ambigendum. Quod si te dæmon, aut hæreticus, minister eius quispiam tentauerit, & dubietatem aliquam circa veritatem hanc ingesserit, nihil pro responsione aliud ingeras, quam Credo, credo; Deus est omnipotens. Non est impossibile apud Deum omne verbum. Qui dixit, *Fiat lux, firmamentum, & cætera; & facta sunt*; idem dixit, *Hoc est corpus meum*, & verè fit, & est post Consecrationis verba, Corpus Christi. Sicut non fuit Deo impossibile, ait B. Augustinus, quas voluit naturas instituere; sic ei non est impossibile, in quicquid voluerit iam institutas mutare. Quod credidit semper Ecclesia, quod tenuerunt Ecclesiæ Patres omnes, hoc credo, hoc teneo. Domine adauge fidem meam.

*Tentari de
moni, cõtra
veritatem
hãc, quomodo
sit occurrendum.*

2. Præparatio, & probatio hæc consistit in Pœnitentia: scilicet, vt peccata tua agnoscas ex animo, ob ea verè doleas, eademque sacerdoti verè confitearis, si mortifera potissimū fuerint; ac impetrata eorum absolutione, firmū etiam animo concipias amplius non peccandi propositum:

*2. Probatio
consistit in
pœnitentia*

vi. que

vtque omni abiecta simultate, & odio, te concilieris abs te læsis.

3 In decēti 3. Si in eo est hæc Præparatio, vt decens
corporis cō- sit habitus, & compositio corporis; vt non
positione. nisi scilicet ieiunus, modestus, humilis, mi-
nimeque etiam exterius sordidus ad sacri
synaxin accedas. Aegrotis tamen etiam
non ieiunis dari potest, quibus timetur, ne
sine viatico excedant. Obligatur enim om-
nis Christianus (si modò fieri possit) in mor-
tis articulo communicare.

4 In mētis 4. Probatio hæc posita est in mentis at-
attentione. tentione, & animi præsentia: vt nimirum
per Meditationes & orationes pias, ad hoc
tantum Sacramentum, animum conuer-
tas, consideresque, ac admiseris incom-
prehensibilem Dei humilitatem, & Cari-
tatem non dedignantis venire ad te, à te ac-
cipi, tibi vniri, & coniungi: simulque in
memoriam reuoces passionem, & Mor-
tem ipsius, cuius mysterij, in hoc Sacra-
mento singulariter memorem te esse vo-
luit.

PAR